Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25885
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tui misericordia est. ideo proiecta est in facie terre
siue campi. ⁊ proiecta propter praui tatem
animae tuae. in die qua nata es. Oremus
ne praui tatem animae proiaciamus in facie
campi. in qua lata ⁊ spatiosa via est.
quae ducit ad mortem. in quo chaldeae
debachantur equitatus. Simulque considerandum. quod nullus in die qua nascitur
praui aliquid committere potest. nisi laua
cri tempore. quando sapientis gratia fideles
credentes assumuntur.

Transiens autem propter uidi te conculcatam in
sanguine tuo. Et dixi tibi cum esses in
sanguine tuo uiue. dixi inquam tibi in
sanguine tuo uiue. Multiplicata quasi
germen agri dedi te. et egressa es. ⁊ pue
risti ad mundum muliebrem. Vbera tua
intumuerunt. ⁊ pilus tuus germinauit.
et eras nuda. ⁊ confusionis plena.

Et transiui pro- lxx.
et uidi te iacentem in sanguine tuo. Et
dixi tibi. De sanguine tuo uiue. mul
tiplicare. Sicut horum agri dedi te.
et multiplicata es. ⁊ magnificata es.
⁊ ingressa es ciuitates. Vbera tua erecta
sunt. et pilus tuus ortus est. Tu autem eras
nuda. plena ignominiae.

Postquam proiecta es in facie campi. siue
sup facie campi terre. propter praui
tatem animae tuae. meum ultra non mere
baris auxilium. Iterum transiens pro-
uidi te conculcatam siue commixtam in
sanguine tuo. i. ream mortalium crimi
num. ⁊ uocauit te tribuens penitentiam.
dixique tibi. Licet sis in sanguine tamen
uiue conuersa. Tantaque fuit inte om
nium rerum habundantia. ut agri ub
rium haberes similitudinem. ⁊ bene
dictionem iacob qua benedixit ei pater
suus dicens. ecce odor filii mei. sicut
odor agri pleni cui benedixit dns.
et intrares penetralia dni. diceresque cum spon
sa. introduxit me rex in cubiculum suum.
et admundum muliebrem puerisses. Quod lxx.
transtulerunt. ⁊ ingressa es in ciuitates ciuita
tum. ut quorum canticum canticorum. ⁊ secum dr
sedecim. ita ciuitates appellentur ciuitatum.

De quibus in euangelio dicit. Habeo potestatem sup
x. siue sup v. ciuitates. ut non solum ciuitas.
sed metropolis ciuitatis appellentur. secundum illud
quod in esaya scribitur. Mater urbium fideles
syon. Porro quod interpretatur symachus. pueristi
ad ornatum muliebris. siue theodotio. ⁊ in
gressa es ad ornamentum ornamentorum. per quo
nos secuti sensum hebraicum diuinum. ⁊ puer
isti admundum muliebrem. tempus pubertatis
ostendit. quando puellae nubiles appellantur.
et possunt maritis amplexibus copulari.

Denique sequitur. Vbera tua intumuerunt. ⁊ pilus
tuus germinauit. Honeste adolescentu
larum maturitatis indicat. quando intu
mescunt ubera. siue erigunt. ⁊ germi
nat pilus. Cumque parata esset ad nupti
as. ⁊ haberet pulchritudinem corporis.
uestimentorum tegmina non habebat. nec
dum pregebat aurilio. Siquis enim non habet
indumentum. nudus est. Siquis autem non
induitur uisceribus misericordiae. bonitatis.
humilitatis. pudicitiae. mansuetudinis
patientiae. iacet sup facie terre. pulchi
tudo eius confusione ⁊ nuditate turpatur.

Et transiui pro. ⁊ uidi te. ⁊ ecce tempus
tuum tempus amantium. Et expandi amic
tum meum super te. ⁊ operui ignominiam tuam.

Et transiui pro- lxx.
et uidi te. ⁊ ecce tempus tuum tempus deuen
tentium. Et expandi alas meas super te.
et operui ignominiam tuam.

Quando clementia non sufficerat. semel
indulsisse eam conculcatam in sanguine. ⁊
ad penitentiam uocasse. si peccante
rursum inuisset. qua erat nuda